Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



33

divisione tamen in plures SS. Hanc Chartam caritatis
ut ad notitiam Ordinis Cisterciensis plurimum confert,
ei appono, una cum prologo Capituli generalis, autha-
rem antiqui auctoris.

Incipit prologus in cartam caritatis.

Omnia nostra in caritate et secundum ordinem
ri docet apostolus veritatis. Antequam igitur abba-
ie Cisterciensis florere inciperent, dominus Stephanus
abbas et fratres sui ordinaverunt, vt nullo modo abba-
ie in alicuius antistitis dyocesi fundarentur, antequam
se decretum inter Cisterciense cenobium et cetera ex eo
ata, examinatum et confirmatum (nempe Chartam cari-
atis) ratum haberet, ne propter scandalum inter ponti-
ficem et monachos dubitandum. In hoc ergo decreto pre-
cipuo fratres mutue pacis futurum precaventes naufra-
um, eluidaverunt et statuerunt, suisque posteris re-
quirerunt, quo pacto, quove modo; imo qua caritate
monachi eorum per abbacias in diuersis mundi par-
tibus corporibus diuisi, animis indissolubiliter con-
glutinarentur. Hoc etiam decretum cartam cari-
atis vocari censebant, quia eius statutum omnis
exactionis grauamen propulsans, solam caritatem et
rinarum vtilitatem in diuinis et humanis exequitur.

Carta caritatis. I.

Omnes magistram sequantur regulam, nec a ea
mere declinetur a quoquam. Quia igitur unius
ri regis, domini et magistri nos omnes seruos licet
ubiles esse cognoscamus, idcirco abbatibus et confra-
tibus nostris monachis, quos per diuersa loca dei pietas
nos miseritimos hominum sub regulari disciplina or-
dinauit, nullam tenere commoditatis, seu rerum tem-
poralium exactionem imponimus. prodesse namque
nobis illis, omnibusque sancte ecclesie filiis cupi-
mus; nil quod eos grauet, nil quod eorum substan-
tiam minuat erga eos agere disponimus. ne dum nos
abundantes de eorum paupertate esse cupimus, ana-
me malum, quod secundum apostolum ydolorum ser-
uitus comprobatur, euitare non possimus. Curam ta-
men animarum illorum gratia caritatis retinere